

CAPUT XLVII.
SUMMARIUM.

- 1 Debitor qui cessit bonis si pervenerit ad pinguorem fortunam tenetur solvere creditoribus, deductis alimentis; Ad cessionem bonorum non admittitur nisi in carceribus constituatur n. 2. Bona consignare tenetur ut admittatur ad cessionem bonorum n. 3. Si conveniatur subministrando expensas creditori, creditor tenetur agere contra obligatum relevare n. 9.
- 4 Cessio bonorum facta per debitorem non suffragatur fidejussori. Nec in debitis ex delicto numero 5. Suffragatur debitori ex contractu erga fscum num. 6.
- Cessio bonorum renunciari potest saltem cum juramento n. 7. Sed contra n. 8.
- 10 Accollatio debiti alterius operatur, ut Accollans efficiatur debitor. Promissio accollandi non dicitur n. 11. Efficit liberationem inter Accollantem, & Accollatarium, secus quoad principalem debitorem num. 12. Quando vim solutionis habeat num. 13.
- 1 Debitor, qui cessit bonis, perventus ad pinguorem fortunam, tenetur satisfacere * deducto tamen ne egeat, hoc est, alimenta repetit, Auctor hic n. 1, & fufius dixit cap. 37, §. 4, n. 2. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 26, n. 23, & 32, Georg. Mund. consil. 28, n. 21, & 25, lib. 1, Cancr. resolut. cap. 9, n. 21, part. 2, ubi quod cedens bonis teneatur prestare cautionem de solvendo creditoribus si pervenerit ad pinguorem fortunam & tunc retentis sibi alimentis, Rot. dec. 48, n. 8, part. 2, divers. Maur. de fidejuss. §. 39, alias 40, n. 3, fol. 166, Donad. de renunciat. cap. 36, n. 34 Nicol. in suis Lucubrat. lib. 4, tit. 6, n. 368, tom. 1, fol. 405, & n. 375, fol. 406, Apicell. allegat. 6, n. 37, Giurb. dec. 41, n. 19, & 20, Cigal. de act. §. 29, n. 10, fol. 266, Joan. Bapt. Antonell. consil. 42, n. 8, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 62, n. 10, Leoncill. de privileg. pauper. 49, n. 14, part. 2. Ad quam bonorum cessionem debitor non admittitur * dum ultrò se offert, sed requiritur quod creditores urgeant, ac prius in carceribus constituatur. Giurb. dicta dec. 41, n. 5, Cancr. var. resolut. lib. 2, cap. 36, n. 25, A. Cost. de privileg. credit. regul. 5, ampliat. 6, sub n. 7, vers. Ut vero evitet. Sanct. à Melo de indic. debiti. quæst. 2, n. 33, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, c. 1, n. 10, Auctor supra cap. 37, §. 4, n. 10, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 134, n. 25, in fine. Requiritur ulterius quod volens cedere bonis * jurejurando bonorum copiam indicet, ut latè prosequitur Auctor supra cap. 37, §. 4, n. 1, Stephan. à Sancto Gregot. de contract. lib. 1, cap. 6, n. 24, Scac. de commerc. & camb. §. 7, glof. 5, n. 102, Giurb. dicta dec. 41, n. 19, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 1, n. 7, Altograd. consil. 42, n. 1, lib. 1, Cigal. de act. §. 29, n. 17, & 18, fol. 267, ubi plures alios cumulat Rot. dec. 48, n. 9, part. 2, divers. Leoncill. de privileg. pauper. 49, n. 5, part. 2, ubi quod relinquuntur vestes, Maur. de fidejuss. 39, alias 40, n. 1, & 2, fol. 166, Guilh. Anth. de rescript. & morat. concl. 69, sub n. 33, lit. CC. & n. 42, Sanct. à Melo de indic. debiti. quæst. 2, n. 35, & seq.
- 4 Dicta autem cessio bonorum tanquam beneficium personale fidejussori + non prodest, Leon-

cill. de privileg. pauper. 49, n. 9, Muta dec. 11, n. 23, Scac. de judic. lib. 2, cap. 7, num. 382, & de commerc. & camb. §. 7, glof. 5, n. 147, in fine. Cigal. de act. §. 29, n. 36, fol. 269, Donad. de renunciat. cap. 36, n. 54, & 55, alios recenset Auctor supra cap. 37, §. 4, n. 19, Fenzon. ad statut. Urb. cap. 161, n. 39, Nicol. in suis lucubrat. lib. 4, tit. 6, n. 377, fol. 406, tom. 1, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 2, cap. 30, n. 37, & 38. Sicuti beneficium istud debitori non competit, quando ex delicto * vel quasi tenetur, sive erga fscum, sive erga partem latissimè Theaur. dec. 182, per totam cum ibi notatis. Peguer. dec. 68, n. 2, & seq. Ripol. var. resolut. cap. ult. n. 199, Cigal. de act. §. 29, n. 27, & 28, fol. 268, Donad. de renunciat. cap. 36, n. 59, Nig. de rejudic. cap. 4, §. 6, n. 18, Scac. de commerc. & camb. §. 2, glof. 5, sub n. 66, declarat. 2, & §. 7, glof. 5, sub n. 144, vers. Secus quoad creditores cum adductis per Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 7, num. 1, & seq. A. Cost. de privileg. credit. regul. 5, ampliat. 6, n. 10, 6 Secus in debitore erga fscum ex contractu, * cui istud beneficium cessionis bonorum concurrentibus requisitis permittitur. Cancr. var. resolut. cap. 9, n. 12, lib. 2, Joseph. Ludovic. decis. Perus. 32, n. 2, & 4, ubi limitat in debitore collectarum, Cigal. de act. §. 29, sub nu. 28, vers. Quia etiam fol. 268, Salgad. in Labyrinth. credit. part. 1, cap. 7, n. 9, & 10, ubi ex Farinac. q. 26, n. 2, & 8, idem militare inquit in creditis precedentibus ex gabelis, & collectis, A. Cost. de privileg. credit. regul. 5, ampliat. 6, sub num. 9, vers. contrarium tamen, ubi ampliat etiam quoad conductores vectigalium feculsa peculiari constitutione alios recenset Donad. de renunciat. cap. 36, n. 60, & circa præmissa videndus Auctor supra cap. 37, §. 4, sub n. 20, vers. Primus casus.

Beneficio cessionis bonorum, an cum juramento renunciari possit, inter Doctores valde controversum reperitur; Quodque jurata renunciatio cessionis bonorum omnino sustineatur * ex professo defendunt, Rot. dec. 31, de sent. & rejudic. in antiq. fol. 369, Marchesan. de commiss. part. 3, §. 1, n. 57, fol. 297, & alii apud Leoncill. de privileg. pauper. 49, n. 18, lib. 2, Cenc. de cens. quæst. 57, n. 47, Fenzon. ad statut. Urb. cap. 161, n. 41, & seq. Altograd. consil. 42, n. 30, lib. 1, Verùm quod huic beneficio * neque cum juramento renunciari possit, & non obstante curata renunciatio adhuc debitor admittitur ad cessionem bonorum profitentur, Gratian. discept. forens. 222, n. 46, Theaur. dec. 36, sub n. 4, vers. Sed quia. Cancr. var. resolut. cap. 9, n. 34, part. 2, Joseph. Ludovic. dec. 64, n. 21, Zacch. ad Galles. de Cam. obligat. quæst. 19, n. 4, vers. Quod procedit. Cigal. de act. §. 29, n. 27, fol. 269, ubi quod contraria opinio ab omnibus reprobetur, Giurb. dicta dec. 41, n. 3, Galup. in prax. part. 3, c. 8, n. 2, Fenzon. ad statut. Urb. cap. 161, n. 42, & seq. Donad. de renunciat. cap. 36, n. 40, & 41, Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 62, n. 8, A. Cost. de privileg. credit. regul. 5, ampliat. 6, n. 11, Debitor habens revelatorem, si conveniatur subministrando expensas contra obligatum relevare creditorem cogere potest, ut ditragit gressus, Rim. jun. consil. 402, n. 13, Mantie. de tacit. & ambig. lib. 6, tit. 17, n. 43, Novar. de elect. for. quæst. 12, n. 21, vers. Qui tamen. Auctor supra cap. 37, §. 4, ex n. 22, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 134, n. 18.

Constituens se soluturum, & solvendi obligationem suscipiens ad mandatum alicujus debitor * constituitur, ita ut principalis debitor erga creditorem liberetur, Bart. in l. 3, §. fin. n. 15, ff. de duobus reis.

Observationum de Alimentis Caput XLVIII.

- reis. Mastril. dec. 37, n. 7, Giurb. dec. 53, n. 10, Mangil. de subbas. quæst. 168, nu. 4, Post. in simili tract. inspect. 37, n. 57, & post. tract. dec. 64, n. 12, Thomat. dec. Macerat. 112, n. 13, Beltram. ad Ludovif. dec. 386, lit. A. Rot. apud Cenc. de cens. dec. 547, n. 2, & dec. 135, n. 23, part. 6, & dec. 111, n. 11, & dec. 256, n. 19, part. 9, tom. 1, & dec. 32, n. 17, part. 9, tom. 2, recent. & coram Eminentiff. Ontob. dec. 64, n. 13, repetita apud Merlin. de pignori & hypothec. dec. 116, latè Pondut. resolut. civil. cap. 9, ex n. 3, Andr. Censal. dec. Lucen. 89, n. 58, & 59, post Rotam in Romana census 16. Decembris 1647, §. accedit, & §. alia similiter Bichio.
- Quæ tamen intelliguntur de effectuali accollatione, nam si partes te contineant in simplici promissione accollandi, utique illa non dicitur * accollatio maxime ad effectum liberandi debitorem, minuste vim solutionis obtineret, l. si quis stipulatus 112, §. fin. ff. de verb. oblig. Ludovif. dec. 28, n. 2, Gratian. discept. 326, n. 15, Mart. Medic. ad dec. Senen. examinat. 5, n. 36, Mangil. de evictio- ne quæst. 45, n. 21, & de subbas. quæst. 13, n. 12, & 22, & quæst. 61, n. 12, & quæst. 115, nu. 7. Post. de subbas. inspect. 37, n. 6, Altograd. consil. 6, n. 44, lib. 1, Rot. dec. 248, n. 7, part. 9, tom. 1, recent. Ultra quod per accollationem inducitur quidem liberatio inter accollantem * & accollatarium, secus verò respectu principalis creditoris, qui non obstante susceptione solvendi per tertium adhuc debitorem obligationem habet, leg. ubi quis pro alio 28, ff. de constit. pecun. Socin. sen. consil. 37, n. 6, lib. 4, Dec. consil. 107, sub n. 1, vers. Quod si dico. Rot. apud Cenc. de cens. dec. 238, n. 2, Mangil. de subbas. quæst. 168, n. 1, Merlin. de pignori & hypothec. lib. 5, quæst. 3, nu. 4, & dec. 108, n. 14, & dec. 117, n. 11, Pondut. resolut. civil. cap. 9, nu. 3. Et ita demum accollatio vim solutionis obtinet * si illico aut intra breve tempus creditori accollato satisfiat, l. nihil. 12, §. 1, ff. de inoffic. testam. Ludovif. decis. 28, sub n. 2, & clarius dec. 386, n. 3, Gratian. discept. 326, sub n. 16, vers. Cum etiam. Mangil. de subbas. quæst. 13, n. 13, in fine & 14. Post. de subbas. dicta inspect. 37, n. 63.
- CAPUT XLVIII.
SUMMARIUM.
- 1 Usura omni jure prohibita est etiam Hebræis num. 2. Aliquid accipere à mutuario sponte dante non est num. 8. Contrarium qui teneant num. 9. Nec sub prætextu alimentorum permittitur n. 10.
- 3 Judex Ecclesiasticus in causa usurae est competens; Declara ut n. 4, & n. 6.
- 5 Usura causa est mixti fori; Et n. 7.
- 11 Legatum certa quantitatis cum onere solvendi interesse est usurarium. Fallit ut num. 12, & ut n. 13. Pecunia investienda producit fructus sine usura n. 16.
- 14 Exactio usurarum requiritur ad incurrendam penam.
- 15 Stipulatio usurarum in foro interiori usuram gignit.
- 1 Omni jure usuras esse * prohibitas ostendit Auctor hic à num. 1, ad 10, Barth. Silvatic. consil. 4, n. 73, Moron. respons. 22, n. 39, Rager. consil. 57, n. 52, & seq. Rauden. de Analog. lib. 1, c. 12, n. 2, Ripol. resolut. 3, n. 236, Sperell. dec. 91, Melius ad Castillum de Alimentis.

n. 50, & dec. 116, n. 21, & seq. Lanfranchi. Zacch. de salar. quæst. 47, n. 8, Mart. consil. 15, n. 9, Georg. Mund. consil. 9, n. 50, 51, & 52, lib. 2, Gait. de credit. cap. 2, tit. 7, n. 1552, Duard. de Societat. lib. 2, cap. 3, quæst. 4, n. 15, fol. 181, Schenard. consil. 62, n. 2, lib. 1, Staiban. jun. resolut. 93, n. 35, Læli. Mancin. de triplic. jur. collat. lib. 1, cap. 153, à n. 1, ad 5 fol. 220, Fenzon. ad statut. Urb. cap. 137, n. 1, & latè prosequitur Staiban. jun. de interest. quæst. 15, n. 14, usque ad finem lib. 1, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 97, n. 3, Camarat. respons. dec. 34, n. 8, Læli. Mancin. ad extravagant. Martin. dissert. 13, cap. 7, n. 4, fol. 383, Caraccioli. dec. 26, n. 2, Olea de cess. jur. tit. 3, quæst. 12, sub n. 26, vers. supposita igitur. Anton. de Marin. resolut. 139, n. 8, lib. 1, Leotard. de usur. quæst. 2, à n. 25, usque ad finem quæstionis, & in disput. jur. Justinian. part. 1, sect. 1, n. 13, fol. 3, latissimè Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 7, art. 1, 2, & 4, & art. 8, n. 36, tom. 1, Christoph. Vom. Dag. de us. usurar. cap. 6, n. 126, Fontanel. dec. 435, n. 13, Rot. apud Cenc. de cens. dec. 155, n. 6, & apud Merlin. de Pign. dec. 29, num. 8, & coram Merlin. dec. 409, n. 32, ad 46, repetita dec. 301, part. 5, & dec. 307, n. 16, part. 9, tom. 1, recent. Capyc. Galeott. contror. 61, n. 44, lib. 2, Carol. Malett. de Hierarch. & Jur. Eccles. militans. lib. 6, part. 2, tit. 24, num. 3, & de Aur. Moral. Theolog. tom. 1, Malleat. 5, Bractea 9, fol. 349.

Hebræis quoque inter se ipsos scenerari non licet * ex Deuter. cap. 23, n. 19, Leotard. de usur. quæst. 3, n. 14, Roland. consil. 35, n. 44, lib. 2, cum aliis apud Ricciol. de jur. person. extr. grem. Eccles. exist. lib. 2, cap. 19, n. 1, & seq. Scac. de com. & camb. §. 3, glof. 3, n. 45, & seq. Rot. dicta dec. 301, n. 48, & 50, part. 5, recent. repetita apud Merlin. dec. 409, Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 7, art. 8, sub n. 34, ubi significari omnes Hebræos in aliis locis in quibus prohibetur usura tom. 5. Quinimò Judæis à Christianis usuras exigere licet, esto enim quod in Deuteronom. cap. 23, ac in quibuscumque Bibliis legatur non sceneraberis fratri tuo, sed alieno, hæc adjectio, sed alieno, stat permissivè quoad Amalecitas, Amorrhæos, & aliosque hostes, quibuscumque bellum intercedebat, ex quo dicti populi bona Judæorum occupabant. Ciardin. contror. 29, sub n. 20, & 21, ubi quod Hebræi exigentes usuras à Christianis sine assensu Principis puniantur, Scac. de commerc. & camb. §. 3, glof. 3, n. 45, & seq. Carol. Malett. de Aur. Moral. Theolog. tom. 1, Malleat. 55, Bract. 10, fol. 349, Læli. Mancin. de triplic. jur. collat. lib. 1, cap. 153, n. 5, & seq. fol. 220, & seq. ubi optimam reddit rationem, cur Judæis, non fratri, sed alieno, scenerari liceret, quia intelligebat de oriundis ex illis septem Civitatibus quas Deus præcepit extirpari, & optimè ac ex professo declarat. Rot. dec. 301, num. 46, & seq. part. 5, recent. repetita dec. 409, apud Merlin. Leoncill. decis. Ferrar. 4, num. 10, latè Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 7, art. 4, num. 34, tom. 1, Leotard. de usur. quæst. 3, nu. 14, & quæst. 100, num. 32, Pignat. ad statut. Ferrar. rubric. 97, num. 7.

Usurarie pravitate opposita exceptione actor ad Judicem * Ecclesiasticum confugit, & Judice laico ne ulterius procederet inhiberi obtinuit, quam sanè inhibitionem viribus subsistere ex eo prætendebatur, quia in quæstione Juris circa usuram contractus Judex Ecclesiasticus dumtaxat competens videtur Guttier. de juram. consfr. part. 1, cap. 2, num. 9, 11, 37, & 38, & latius comprobatur Sperell. dec. 40, numer. 12, & seq. Ciardin. contr. 29, num. 1.

Cum tamen ex decretis etiam laicalibus contractus usurarii expressè damnati appareant, consequens ideo fit, * ut etiam Judex laicus circa hujusmodi contractus cognitionem habeat, ita ut ab Ecclesiastico jurisdictione prædicta impediri nequeat, Bim. consil. 355, n. 6, Peguer. dec. 30, num. 23, ad fin. Rim. jun. consil. 218, nu. 93, & seq. Olasc. dec. 137, num. 12, Merend. controverf. jur. lib. 15, cap. 17, nu. 7, & per totum. Farinac. de inquisit. quæst. 8, nu. 140, Ciardin. controverf. 29, n. 13, & controverf. 40, n. 15, & 16, Leotard. de usur. quæst. 100, n. 78, & sequent. & optimè explicat Pignat. ad statut. Ferrar. rubric. 97, n. 4, & 5. Unde cura dum non est de Doctoribus in contrarium adductis, vel quia contra Sperellum dicta dec. 40, in fine, judicatum apparet, vel quia eorum opinio secluso Jure municipalis idem vetante procedat. Ripol. var. resol. cap. 3, n. 243.

Bene verum est, quod usura quoad pœnas imponendas, * & contractus annullandos mixti fori dicitur, eaque propter, & præventioni locus fit, & laicus hoc crimine coram Ecclesiastico convenitur. Fachin. controverf. jur. lib. 9, cap. 30, Farinac. de inquisit. dicta quæst. 8, n. 34, 136, & 140, Ciardin. dicta controverf. 27, nu. 2, Mart. consil. 120, n. 3.

Itaque dum ex præmissis pro retinenda cognitione istius causæ coram seculari inclinandum veniret, maxima adhuc * circa istud suboritur contentio ex eo quia articulus ille Juris, an contractus reputabatur usurarius, ad solum Judicem Ecclesiasticum spectare videtur ex communi opinione. Roland. consil. 75, n. 13, & seq. & n. 28, & seq. lib. 1, Gam. dec. 194, Franc. dec. 189, nu. 11, cum aliis apud Mart. consil. 120, n. 1, 5, & 6, & de jurisd. part. 2, cap. 7, num. 11, Ripol. resolut. var. cap. 3, n. 217, & 218, Spad. consil. 149, n. 1, lib. 3, Sperell. dicta dec. 40, n. 13, 80, & 81, Thomas de execut. ultim. volunt. tit. 12, sub n. 845, vers. Circa usuram. Carol. Mallett. de Hierarch. & Jur. Militari. lib. 3, part. 1, tit. 70, §. 3, sub n. 2, vers. Quod intelligendum, fol. 281, & de Aur. Moral. Theolog. tom. 2, Malleat. 33, Bractea 18, fol. 348, in princ. vers. Quando vero. Bim. consil. 386, nu. 26, cum cæteris apud Dian. part. 1, tract. de immunit. resol. 77, vers. Sed merito contrarium: à qua opinione nec dissentit Olasc. dec. 137, n. 11, & n. 13, in fine. Clar. in s. usura n. 8, & §. fin. quæst. 37, vers. Quæro igitur, ibi, & tunc aut vertitur quæstio Juris super usura, Caball. resolut. 188, n. 2, & per totam. Ubi in substantia quod Judex secularis, potissimum ubi adsint decreta usuram prohibentia, quoad annullandos contractus, & condemnandum in pœnas jurisdictionem habeat, nihil autem circa quæstionem juris, an contractus sit usurarius discentit, & secundum præmissa intelligi debent etiam Doctores de hac materia absolute tractantes inter quos Peguer. dec. 30, num. 19, & seq. Fontanell. de pact. nupt. claus. 4, glof. 13, part. 2, n. 46, & seq. Sol. de antiq. constit. Sabaud. tit. de usur. glof. 1, n. 2, & 3, fol. 258, Leotard. de usur. quæst. 100, nu. 78, & seq.

Ex quibus indubitanter resultabat * mixti fori esse causam usurarum, Ripol. var. resolut. cap. 3, n. 235, & seq. Tondut. de prevent. part. 2, cap. 26, n. 1, Spad. consil. 149, sub n. 1, vers. Præterea lib. 3, Ciardin. controverf. 29, n. 2, & controverf. 40, n. 16, Sperell. d. dec. 40, n. 12, cum adductis supra s. bene verum. Hieron. Nicol. in suis lucubr. can. lib. 5, tit. 39, sub n. 14, vers. Usura quando, fol. 270, tom. 2, Carol.

Mallet. de Hierarch. & Jur. Eccles. Milit. lib. 3, part. 1, tit. 70, §. 3, n. 2, fol. 281, & de Aur. Moral. Theolog. tom. 2, Malleat. 33, Bractea 18, in princ. fol. 348, Bott. consil. 72, n. 9, rationem reddens, quia usura omni Jure prohibetur. Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 7, art. 8, sub n. 46, vers. Verior tamen fol. 127, tom. 1.

Ab ultro dante si aliquid recipiatur ultra sortem usura * non committitur, ut præter relatos hic n. 10, comprobant Spad. consil. 142, n. 6, lib. 3, quatenus stipulationem usurarum requirit, Scacc. consil. 71, n. 16, Ciardin. controverf. 29, n. 70, Garz. de benefic. part. 8, cap. 1, n. 48, ubi id procedere inquit etiam si mutuans iniquam haberet intentionem, & pravum animum nempe accipiendi ratione, & vi mutui. Thomas de execut. ultim. volunt. tit. 12, num. 845, Carol. Mallett. de Aur. Moral. Theolog. tom. 1, Malleat. 55, Bract. 13, fol. 349, Carol. de Bauc. de Miscell. pract. cas. conscient. q. 387, disput. 3, quæst. 3, punct. 2, sub n. 5, vers. Dixi si speret, fol. 190, Dian. part. 1, tract. 8, resol. moral. 62, vers. Sed semper ego fol. 122, Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 8, art. 2, consil. 1, fol. 131, & latissime lib. 2, c. 3, art. 1, 2, & 3, fol. 227, tom. 1, Leotard. de usur. q. 1, n. 35, & quæst. 98, n. 32, Christoph. Vom. Dag. de usu usur. cap. 3, ex n. 32, Steph. à Sancto Gregorio de contract. lib. 2, cap. 29, n. 8, ubi concludunt quod non solum liceat aliquid occasione mutui ex causa gratitudinis recipere à sponte dante, verum etiam quod promittatur excitare mutuatarium, ut aliquid titulo gratitudinis refundat, cui sententia omnino ad hærendum * venit, quicquid in oppositum sustinere contendat. Scacc. de commercio. & camb. §. 1, quæst. 7, part. 2, ampliat. 19, sub n. 65, & 67, & part. 3, limitat. 20, n. 5, & post alios Rot. dicta dec. 301, n. 28, & seq. part. 5, recent. repetita apud Merlin. dec. 409, ex supposito specialitatis per Doctores nullatenus admittæ, & dec. 231, n. 1, part. 9, tom. 1, recent.

Ob quam usurarum probationem efficitur, ut neque etiam sub prætextu * alimentorum permittatur, ut late animadvertitur hic per Auctorem num. 12, & exornat Leoncill. de privileg. pauper. 418, n. 1, & per totum part. 2, Rot. apud Pacific. de Salvian. dec. 97, num. 2, Gratian. discept. 848, nu. 3, nec ex eo quod favore pupilli agatur quicquam relevaret ad tradita per Leotard. de usur. quæst. 20, num. 30, in fine, & quæst. 94, num. 70. Ubi quod pupillus teneatur ad restitutionem usurarum per Tutorem ejus nomine exactarum, subdens idem procedere quoad dominum qui debet restituere usuram per procuratorem ejus nomine extortas.

Testator si legaverit certam quantitatem, & jussit hæredibus, * quod donec legatum solverint, quid annum respondeant, legatum hujusmodi tanquam sapiens usuram non sustinetur. Gratian. discept. 34, n. 34, & discept. 848, n. 2, & seq. Homobon. de examin. Eccles. tom. 2, cap. 13, quæst. 38, in fine. Surd. consil. 23, n. 2, Rot. apud Pacific. de Salvian. dicta dec. 97, sub n. 1, vers. Hoc enim. Cavaler. dec. 591, nu. 1, Buratt. dec. 144, num. 8, ubi Ferentill. num. 13, Ciardin. controverf. 25, n. 2, Crivell. dec. 149, nu. 9, Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 7, artic. 8, consil. 5, n. 36, fol. 123, tom. 1, Leotard. de usur. quæst. 18, n. 1, & 2, Rot. in Urbevetana legat. 5, Aprilis 1647, §. minus obstat Bichio. Secus verò si legando ad solvendum quantitatem legatam dilationem concesserit cum onere * annuatim legatario per hæredem præstandi aliquid, legatum enim tunc sustinetur. Surd. dicto consil. 23, nu. 9, & 13, Gratian. dicta discept. 34,

discept. 34, num. 35, & dicta discept. 848, sub n. 5, vers. Contraria, & seq. Cavaler. d. dec. 191, n. 2, Merlin. de legit. post tract. dec. 29, n. 1, in fine, & seq. repetita apud Pacific. de Salvian. dec. 159, & post Farinac. consil. lib. 1, decis. 85, Buratt. dec. 144, sub n. 8, vers. Quia cum testator & n. 9, ubi Ferentill. sub n. 13, vers. Hoc tamen repetita dec. 773, part. 2, recent. Crivell. dicta dec. 149, sub n. 10, vers. Sic in legato, & seq. Gibalin. de usur. lib. 1, cap. 7, art. 8, consil. 5, sub n. 38, vers. Et primo fol. 124, Ciardin. cont. 25, n. 3, cum aliis apud Leotard. de usur. dicto cap. 18, n. 23, & 26, Rot. in dicta Urbevetana legat. 5, Aprilis 1647, §. minus obstat vers. Secus vero est Bichio.

Debentur quoque usura seu fructus legati certæ quantitatis per testatorem relictus quando legatum alternativè * conceptum appareat, quia tunc usura considerari nequit de cujus natura est multiplicatio obligationum, non autem alternatio, ut optimè declarat Auctor hic num. 20, Rot. dicta dec. 159, num. 11, apud Pacific. de Salvian. repetita post Merlin. de legit. dec. 29, Leotard. de usur. quæst. 18, num. 29, Cancr. var. resolution. part. 3, cap. 7, n. 39, Crivell. dicta dec. 149, n. 12, Rota in dicta Urbevetana legat. 5, Aprilis 1647, §. præferim vers. quando legatum est alternativum Bichio. Num verò exactio ad contrahendam usuram * requiratur, controvertunt Doctores & requiri exactiorem, ut quis puniri valeat post alios comprobant Laurent. decis. Avenionen. 48, in fine. Cyriac. controverf. 169, num. 26, & facit Sperell. dec. 116, n. 10. Sola autem stipulatio usurarum, nulla prorsus * accedente reali exactiōne in foro inferiori usuram gignit. Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 97, n. 32, in fine. Cenc. de cens. quæst. 36, n. 12, & seq. Ciardin. controverf. 29, num. 63, & 74, & controverf. 40, num. 59.

Idem quoque, ac multo magis fidei locum vindicant, quando Testator pecunias legat investendas * nam si hæres ille implicare neglexerit, rectè per testatorem onus solvendi interesse injungitur. Honded. consil. 39, ex n. 3, lib. 2, Rot. apud Merlin. de legit. dicta dec. 29, n. 1, in fine, & 2, repetita apud Pacific. de Salvian. dec. 159, & apud Cenc. de cens. dec. 479, n. 12, & dec. 285, n. 11, Gratian. discept. 240, n. 34, & discept. 579, n. 20, Buratt. dec. 913, ante n. 1, Salgad. in Labyrinth. cred. part. 2, cap. 24, n. 9, ubi quod pecunia jussu Testatoris implicanda, pro implicata habeatur, Leotard. de usur. quæst. 20, n. 10, Rot. dec. 85, n. 14, part. 2, tom. 2, & dec. 131, n. 12, & seq. part. 9, tom. 2, recent. & in Bononien. de Lambertinis 3, Julii 1647, Bichio, & in Romana quatuor domorum 21, Junii 1649, §. non obstat Peutingero, & in Beneventana dotis 26, Aprilis 1656, n. 5, Melio. ubi aliæ decisiones recententur. Quibus addo in Interamnen. dotis 27, Aprilis 1657, §. respectu vero Zarate.

CAPUT XLIX.

SUMMARIUM.

- 1 Dos consistens in stabilibus marito statim restituenda est; Consistens verò in pecunia, aut mobilibus elapso anno restituenda est num.
2. In reditu tradita in eodem restituuntur num.
3. Legata à marito incontinenti restituenda est num. 4.
- 5 Maritus conventus pro restitutione dotis habet Melius ad Castillum de Alimentis.

beneficium deducto ne egeat; Fallit ut numero 6.

7 Offerendi Jus creditoribus competit adversus uxorem, cui fuit assignata dos propter vergentiam mariti ad inopiam; Sed contra num. 8. Declara ut num. 9.

10 Oblatio realis requiritur in Jure offerendi.

11 Vidua interesse dotis consequi non potest ex quo adsint occasiones implicandi. Sed contra num. 12.

Dos consistens in fundo dotali, seu stabilibus, illico * ab obitu mariti restituenda venit Ripol. var. resolut. cap. 10, num. 20, & nu. 111, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 107, n. 21, Jo. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, n. 1, Cyriac. controverf. 325, n. 6, Gibalin. de usur. lib. 4, cap. 5, art. 23, n. 8, & aliis pluribus cumulatis comprobant Auctor hic num. 4, & 5, ubi in mobilibus, pecunia, aut se moventibus * dote constituta, ac consequenter restituenda, subjungit restitutionem dotis statim non fieri, sed tantum elapso anno à die soluti matrimonii, Manent. consil. 16, n. 23, Fenzon. ad statut. Urb. cap. 133, n. 2, Pignat. ad statut. Ferrar. rubr. 107, nu. 2, Altograd. consil. 84, n. 31, lib. 1, Arias de Mes. var. resol. lib. 3, cap. 22, n. 13, ubi quod ista annalis dilatio non competat marito putativo. Antonin. de Marin. resolut. 109, n. 2, lib. 2, Camarat. respons. 43, n. 2, Rot. dec. 131, n. 12, part. 6, recent. Gibalin. de usur. lib. 4, cap. 5, art. 23, sub n. 8, vers. Intra annum tom. 2, Mart. Medic. ad decis. Senen. examin. 54, n. 30, & dec. 89, n. 2, Ripol. var. resol. cap. 10, n. 111, Duran. dec. 1, n. 6, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, cap. 19, num. 1, & 7, Sperell. dec. 176, n. 29, alios recentet Olea de cess. jur. tit. 4, quæst. 2, num. 33, & tit. quæst. 12, num. 29. Tondut. resolut. civil. num. 1, part. 2, regulariter enim dos restituitur secundum quod constituta * appareat: idcirco dos in reditu tradita in eodem repetitur. Corn. consil. 52, sub num. 1, vers. Nec obstat lib. 1, Rot. in Romana fideicommissi 13, Maii 1652, in fine Bichio. Auctor hic num. 12, ad quod videndus Olea de cess. jur. tit. 5, quæst. 12, ex n. 2, Gratian. discept. 756, n. 7.

Si maritus dotem uxori * legaverit, statim ab illius obitu debetur, nec lapsus temporis à lege præscripti ad faciendam dotis restitutionem expectandus venit, Cancr. var. resolution. capite 9, nu. 49, vers. Et hoc nisi. Tondut. var. resolut. civil. part. 2, cap. 155, num. 2, Joan. Carol. Antonell. de tempor. legal. lib. 2, quæst. 19, num. 4, Antonin. de Marin. resolut. 91, num. 31, lib. 1, & resolut. 16, num. 9, lib. 2, Altograd. dicto consil. 84, num. 82, lib. 1, & consil. 53, num. 53, & 54, lib. 2, ubi quod sicuti per exceptionem restitutæ dotis tollitur actio de dote, ita quoque, & legatum removeatur. Rot. dec. 41, num. 11, part. 9, tom. 1, recent. Carracciol. dec. 23, num. 27, & 50, cum adductis per Auctorem hic num. 9, & 11. In prædicta tamen dotis restitutione maritus in casum ejus vergentiam ad inopiam, * ac communes filii in casum obitus mariti beneficium habent, ne conveniantur ultra quam facere possint, Theaur. dec. 119, Fontanell. de pact. nuptial. claus. 7, glof. 3, part. 11, num. 80, & sequent. Salgad. in Labyrinth. credit. part. 3, cap. 11, num. 86, ubi quod per maritum non amittatur beneficium deducto ne egeat etiam post contractam obligationem se solutorum promiserit, Franc. dec. 164, nu. 14, Ferentill. ad Buratt.